UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CCLVI. Bischof Siegfried von Camin bestätigt eine erweiterte Dotation des heiligen Geist - Hospitals zu Königsberg, am 20. April 1444, auf Antrag des Stadtrathes vom 10. April 1444.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

CCLV. Der Rath zu Königsberg dankt dem Rath zu Prenzlau für einen zur Auslösung von Gefangenen mit Hans von Arnim zu Stande gebrachten Vergleich, am 30. September 1443.

Juw Erſamen loueliken wizen mannen, heren Borgermeiſtern vnde Rathmanne der Stad Premſzlow, vnſen beſundergen grotgunſtigen vorderern vnde leuen guden vrunden, Entbiden wy Rathmanne Olt vnde Nie der Stad Konigeſberghe, yn der Nienmarcke gelegen, Vnſe vnuerdrotene willige dinſte med heilſamer grute ſtede touorn vnde Erſamen leuen heren vnde ſundergen gud vrunde, Alze gi denne med truwelikem flite nach vnſer bede van wegen vnſer gefangen jegen Hans von Arnym gearbeidet hebbet, dy zik vorbat iegen den hoſtluden gemüget vnde uppe dryhundert gude rinſche gulden gebracht heſt, yn deſſen negeſt komeden winachten hilligen dagen vttorichtende, mogen wy Juwer gunſtliken leue des vnde alle der gude yn deſſen vnſen noden med dinſtliken vorplichtinge werliken tofullen nicht gedancken, der alſus ſtercliken to holdende, Bidden wy iuwe Erſamicheit vorbat med touorſychtigen flite, dat gi hanſze van Arnym vor vns den louen ſegghen willen vor dryhundert rinſche gulden, wente wy louen vnde ſeggen iuw Ja yn macht deſſes vnſes openen briues, dat wy iuw iegen deme ſeluigen hanſze van Arnym benemen willen dryhundert gude rinſche gulde vnde vtrichten yn deſſen negeſtkomeden nomaſtigh hilligen dagen ſunder iennigerleie hulpperede iuw ſchadelos daran to holdende, vnde, Erſamen heren vnde leuen vrunde, med den briuen, ſo gi yn iuwen briue rüren, vorwachtet vns, alze wy vns des to iuwer gude vorſyn vnde gentzliken vorlaten. Tho orkunde des geloueten, alze wy iuw don yn deſſeme briue vnde to grotter zekerheit, ſo hebben wy vnſer Stad Ingeſegel bynnen an deſſen briff med rechter witſchapp drucken laten des mandages negeſt na michaelis archangeli, Anno domini Milleſimo CCCCXLIII.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 212.

CCLVI. Bischof Siegfried von Camin bestätigt eine erweiterte Dotation des Heiligen Geist-Hospitals zu Königsberg, am 20. April 1444, auf Antrag des Stadtrathes vom 10. April 1444.

Reuerendo in Criſto patri et domino domino Sifrido, dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo Caminenſi, domino noſtro generoſo, Laurencius Cloſſow, Johannes botteruelt et Konradus Klot, proconſules, Bartholomeus gotzwin, Johannes heyns, Jacobus ſachecker, Johannes Kynt, Henninghus bentzin, Tidericus Kainow, laurencius ſmed, Conradus riſkow, Nicolaus berlin, Nicolaus bauemann, Georgius Hildebrand et Johannes lubbechow, Conſules Opidi Konygeſbergh, veſtre dioceſis, debitum in omnibus obediendi, reuerendi necnon et obſequendi voluntatem — — — Ad hoſpitale pauperum ſancti ſpiritus nobiſcum tam pro vno preſbitero quam pro pauperibus inibi ſuſtentandis vna cum adiutricium manuum criſtifidelium ſubſidio dedimus, donauimus et deputauimus preſentibuſque damus,

donamus et deputamus Quingentas marcas ſtetinenſium denariorum monete currentis et vſualis ſumme capitalis cum quadraginta marcis monete conſimilis redditibus annuis pro dictis quingentis marcis canonico ſeu iuſte empcionis titulo comparatis et comparandis emptis et emendis, Ita videlicet, quod de huiuſmodi redditibus preſbiter ipſe qui hucuſque vicarius ad ſanctum ſpiritum dicebatur iuxta primeuam eiuſdem altaris fundacionem et confirmacionem modo et peramplius poſt mortem honorabilis viri domini Pauli helm pie recordationis dicti altaris vltimi rectoris non vicarius ſed Commendatarius preſtimonialis ſiue temporalis dici debeatur. Et redditus ſiue cenſus priores eiuſdem altaris, qui nunc ſunt viginti ſex marce cum nunc per nos condonatis, Ita quod exinde reſultent Quinquaginta marce, ſubleuare et habere debeat cum conditionibus, oneribus et modis infraſcriptis, Ita videlicet, quod ſacerdos Commendatarius ſingulis dominicis diebus in ſecundis veſperis, ſi feſta ſanctorum celebrium in proximam feriam ſecundam cadencium non impediant, vigilias maiores, In craſtino uero ſcilicet ſecunda feria miſſas pro defunctis vna cum vna cum commendatione, ſi ſaltem cuſtos et coadiutor haberi poſſit, cantare, alias alta et intelligibi voce legere debeat cum deuocione. Et ſi prefatus Commendatarius aliquot vicibus aut ſepius ſe abſentare vellet ſine ſcitu aut voluntate prouiſorum ac negligens eſſe ad premiſſa; Extunc iidem prouiſores alium ſacerdotem, ſi poſſint aut velint adſtatim loco ſui ordinabunt, qui huiuſmodi vigilias et Miſſas, ut premittitur, tenebit et perficiet more ſupraſcripto, cui ſubſtituto idem Commendatarius ſecundum dictamen et ſententiam prouiſorum et ſecundum ratam temporis de ſuis cenſibus et redditibus ſine contradictione ſatisfacere debeat atque teneatur. Ne autem diſpar cultus ac tumultus in diuino cultu habeatur, ſed ut vniformis mens et contentio ad deum dirigatur, deſideranus, volumus et intendimus, quatenus omnes et ſinguli elemoſinarii hoſpitalis memorati, qui pro tempore fuerint, premiſſis miſſis et vigiliis intereſſe debeant, caſu ineuitabili dumtaxat excepto, et huiuſmodi diuino cultui ſine quocunque murmure, cauillacione ac ſtrepitu intendere et cum deuotis et ſalutaribus orationibus inſiſtere Et unuſquiſque ac vnaqueque ipſorum in vigiliis quindecim pater noſter cum tot Aue maria et ſimiliter totidem in miſſis orare debeat. Quibuſquidem intereſſentibus et orantibus loco diſtribucionum tres denarii vſuales in miſſis cuilibet ipſorum dari debeant. Et ſi quis eisdem horis aut diuino officio extra caſum exceptum ac ſine cauſa racionabili aut vera non intereſſet aut cauillaciones, murmura ac ſtrepitum faceret aut aliquot impedimentum preſtaret ſiue non oraret, Et tunc iuxta dictamen premiſſorum prouiſorum in tribus denariis vſualibus ſibi dandis et diſtribuendis mulctetur et omnibus diſtributionibus cottidianis illo die carebit. Illo quoque modo ut cultus diuinus ſepius repetitus magis augeatur deſideramus, volumus et ordinamus, quod idem preſbiter Commendatarius ſingulis feriis quartis et ſextis in eadem et quacunque alia ſeptimana de veſpere vigilias maiores, Ipſis quoque feriis quintis de mane miſſam de corpore Criſti et diebus ſabbatis miſſam de beata virgine vna cum memoratis pauperibus et elemoſinariis hoſpitalis ſepe dicti intereſſentibus ſub modo et penis premiſſis in baſilica Sancti ſpiritus premiſſa tenere, legere et rite conſumare debeat atque teneatur. Ceterum ſi dictus ſacerdos Commendatarius in commiſſo ſibi officio aut alias ſe non honeſte, rite, debite et canonice regeret et haberet Aut negligens uel rebellis eſſet in premiſſis ac in aliquo premiſſorum, Extunc obſecramus nobis ſeu noſtris prouiſoribus dicti hoſpitalis per veſtram paternitatem plenam autoritatem et poteſtatem reſeruari, dictum Commendatarium deponendi et ad certum tempus ſibi reſignandi et amouendi ſine ſtrepitu et figura Indicii uel quacunque alia diſceptatione verborum, ſed poſt aſſignatum ſibi terminum alium loco ſui ſubſtituendi ſiue reaſſumendi Eciam ipſum eundem amotum viceuerſa in caſu, ſi ſe emendare vellet aut nobis placidum foret. Ipſe quoque ſacerdos Commendatarius habebit vnam habitationem, proximam

videlicet casam iuxta basilicam sancti spiritus prefatam, vite tempore — dumtaxat, Verumtamen si pauperes aliqui fuerint dicti hospitalis tam impotentes et infirmi qui ad ecclesiam suam parrochialem propter impotentiam seu infirmitatem suam vel eciam propter sceni (sic) profunditatem nequeant proficisci, Extunc idem sacerdos Commendatarius dictos pauperes in hospitali siue basilica prefata secundum quod opus fuerit communicabit. Sed tamen eorum offertoria et queque alia iura parrochialia seu oblationes quascunque plebano debitas dominus Commendatarius medio suo iuramento domino plebano presentabit et ministrabit, si saltem ipse dominus plebanus dictum dominum Commendatarium ab hoc noluerit habere supportatum. Eciam dictus Commendatarius in singulis distributionibus elemosinarum preterquam in missis et vigiliis supradictis cum dictis pauperibus participabit. Ne igitur premissa disposicio aut voluntas condencium siue nobis condonancium in aliquo impediatur, sed ut res cepta et sincera auctoritate intenta meliori sane perficiatur suumque debitum sorciatur effectum, vestram reverendam paternitatem presentibus humilius et studiosius, quo poterimus, duximus flagitandum, Quatenus dictam nostram ordinacionem, voluntatem, dispositionem summamque predictam videlicet Quingentarum marcarum vna cum suis redditibus et censibus scilicet quadraginta marcarum iam comparatis et emptis seu in posterum comparandis et emendis, Eciam cum augmento futuro aut deinceps augmentando, si quod per Cristifideles additum uel condonatum fuerit, confirmare, ordinare, ratificare et approbare dignemini cum omnibus et singulis condicionibus modisque et formis prenotatis auctoritate vestra ordinaria mediante vna cum suis clausulis ad hoc necessariis et oportunis humilium nostrarum precum diuinique cultus ob respectum. In quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium presencia nostri sigilli sub appensione communiri fecimus et roborari. Datum Konygesbergh Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quarto, feria sexta proxima post Dominicam, qua in Ecclesia Dei cantatur Judica me deus etc.

Sifridus, dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Caminensis, vniuerse fidelium nationi vitam in cristo consequi sempiternam huiusmodi vicarie fundacionem, donacionem, assignacionem, Jurispatronatus reseruacionem et ordinacionem ac Omnia et singula in premissa fundatione contenta auctoritate nostra ordinaria ratificamus, approbamus et in dei nomine confirmamus per presentes, Jure tamen ordinario nobis ecclesie nostre Caminensis et successoribus nostris reseruato, Inhibentes omnibus et singulis cristifidelibus sub anathematis et sententie excommunicationis penis, Ne quisquam cujuscunque preeminencie, dignitatis, conditionis, Ordinis, gradus, status aut sexus existat premissa infringere aut eis ausu themerario contraire uel impedimentum inferre uel ea alienare, distrahere aut ad vsus prophanos reuocare audeat vel presumat, quolibet quesito colore uel occasione quacunque, sicuti preter has penas indignacionem dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac nostram canonicam voluerit evitare vlcionem. Datum in Castro nostro Gulczow, Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, vicesima die Mensis Aprilis nostro sub Secreto presentibus appenso.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 214.